

queos & sanctæ humilitatis gradus descripsi, vt facilius tibi subiectos valeas docere, quò & qualiter hos euadât atq; per humilitatē regna cœlorū possideât. Et nos si volum⁹ pficere nostri certaminis cursum & ad æternā puenire beatitudinē, caueamus in primis cupiditatē malā, & supbiā diabolicā. Et cū omī humilitate Christi conemur sequi vestigia: & si quis militās iperatori terreno oibus iussis ei⁹ obedire decertat, quanto magis militatur⁹ imperatori cœlesti debet custodire pcepta cœlestia. Frater mi, frater charissime mi, aiam tuā ad vigilādū excitata & nullus eā pgraueat somnus. Miles terrenus ad quēcūq; locū mittit⁹ paratus ac prōptus est, neq; se vxoris aut filiorū grā excusare poterit: multo magis miles Christi sine ipedimēto huius seculi imperatori suo dño Iesu Christo debet obedire, qui ipsū precioso sanguine suo redemit. Tu miles terrenus cōtra hostē visibile pergis ad pugnā, cū illo vero hostis inuisibilis q̄tidie dimicare nō cessat. Tu contra corporis tui inimicos pugnare decertas, armis vtēs carnalibus, illius vero aduersus diabolum est colluctatio cum armis spiritualibus. Tu in prælio galeā ferream gestas in capite, sed illius galea Christus est. Tu ne vulnereris lorica indutus es, sed ille pro lorica Christi charitate est vestitus. Tu contra inimicum tuum lanceas & fagittas emittis, ille cōtra

Militia
spiritalis
Ca. XX.

inimicum suum humilitatem & salubria verba dirigere studet. Tu donec pugnam perficias, arma à temetipso nō proijcis, ne ab aduersario vulnereris, ille nunq̄ debet esse incermis, quia illius hostis tuo est calidior. Tuus hostis ad tempus dimicat: illius vero hostis quādiu in corpore consistit, cum illo pugnare nō cessat. Tua arma laboriosa & graua sunt ad portādum: illius vero arma suauia ac leuia sunt. Tu pro terreno labore terrenum accipis donatiuū: ille vero pro labore spiritali, cœleste accipit præmium. Tu ornamento armorum brachia decoras, ille virtutum ornamento animæ suæ à Christo decorem accipit. Semper enim cœleste donū à Christo exspectat, qui terrenam huius seculi pompā proijcit. Vn̄ nobis si iugum Christi suauē à nobis repellim⁹, & quicquid graue ac onerosum est animæ nostræ, supponamus nos ad portandū, & dum di-

Amor ex
deum
C. XXI.

lignimus periculi, incidimus in mortem. Ideo ga deum frater charissime cōsideremus quis sit qui nos precioso sanguine redemit, & quid ei debeam⁹ qui nos cum tāta penuria redemit. Si terrenos parentes cū tāto affectu diligimus, qui paruo tempore pro nobis sustinuerunt labores: nōne magis cœlestis pater noster amādus est, qui pro nobis crucifixus est? Nam quicquid parentum nostrorum circa nos fuit obsequiū, eius est beneficium: qui & antequam nāsceremur in hoc seculo sua prouidētia parentes nobis præparauit, quorum obsequio nutrimur: & vbera matris lacte impleuit vnde nutrimur. Ergo magis omnibus diligamus redēptorem nostrū, qui & nos & parētes nostros proprijs manibus finxit, & cuncta bona quæ erga nos geruntur quotidie, eius misericordiæ, nō nostris viribus ascribamus. Iubet enim scriptura parētes nostros vt propria vi scera diligere, si tamen accedere nos ad seruitium Christi nō prohibeat: si autē prohibuerint, nec sepultura à nobis illis debetur. Christus diligendus est super parētes nostros, quia nō nobis tribuit parentes ea que Christus. Ipse em̄ dixit in Euāgelio,

Luca. 9.
Matt. 10

Qui amat patrem aut matrem aut filios aut agros plusq; me, nō est me dignus. Quātō qs eū pl⁹ amat, tāto sc̄licior & beator efficiet. Intātū ei nos amāuit, vt etiā pro nobis mori dignatus sit: & manus eius quæ virtutes plurimas faciebāt, clauis pro nostra redēptione affixæ sunt: & ori mellifluo, quo salutaris doctrina profluxit, sel pro cibo impij porrexit: & qui nemine lesit, cæsus est, & qui nullū ma-

ledixit, opprobria & maledicta pro nobis pertulit. k Hæc omnia perpessus est, vt nobis vitā æternā donaret. Et cū nobis tāta beneficia prestet, nihil querit à nobis, nisi vt diligamus eū: & animas nostras & corpora ipolluta ei seruem⁹, vt ille in nobis semper habitet, & nos in illo permaneam⁹. Nō em̄ postulat à nobis aurum neq; argētum, neq; pallia, neq; vestes preciosas, neq; armillas, neq; agros, & cetera huiusmodi: sed nos ipsos q̄rit, & in nobis requiescere cupit. Accedamus ergo ad eū, vt vitā æternam habeamus. Habeamus ergo in nobis dilectionē dei & proximi. Qui diligit proximū, legem impleuit: qui autē ecōtrario odit, homicida est. Qui diligit fratrem suum, in tranquillitate est cor eius, fratre vero odians tēpestate circumdatus est. Vir mitis & benignus, etiā si patitur mala, pro nihilo ducit. Iniquus autē, etiā parum verbi audiens à proximo, contumeliā arbitratur. Qui charitate plenus est, tranquillō animo & serenissimo vultu procedit: vir odio plenus ambulat iracūdis. Tu autē frater charissime ne moueas cui⁹ sc̄dali in via tua: rē q̄ ad te nō p̄tinet alijs tractādā dimitte: & nisi rogat⁹ vel iterogat⁹ enoda te inde, & qd soli deo est placitū iudica, & iniustas aliorū sc̄tētiās, si aliter nō potes, euita, & misericordiæ locum da: & nō qd tibi vitale, sed qd deo placitū sit facias: & qd tibi nō vis fieri, ne proximo tuo cupias euenire. Si eū videas in bonis actib⁹ cōuerſante, cōgratulare ei, & illi⁹ gaudiū tuū ducito: & si aliquid aduersū patit⁹, illi⁹ tristitiā tuā deputa: [& nō solū iustis, sed & peccatorib⁹ cōdole.] Ne simulato corde vnq̄ diligas pximū tuū, quia in his de⁹ ad iracūdiā puocat. Qui em̄ amplectit⁹ pacē, in mētis suæ hospitio, mansionē preparat Christo, quia Christ⁹ pax est, & in pace requiescere vult. Virum autē iracūndum, inuidum, detractōrē, mēdacē, superbū omnibus modis execratur deus. Inuidus autē vir similis est nauī quæ iactatur fluctibus maris, in perturbatiōe est semper vt lupus rapax, insanit inaniter, in miseria detinetur, & tabescens ad nihilū redigitur, semper furore plen⁹ participes dæmoniorum efficitur. Homo pacificus securā possidet mentem: totus est ab angelorū agmine munitus & fructu iucunditatis repletus, gaudēs & delectās in domino. Omnia eius in pace versantur. Discordiā fugat, secreta mentis suæ illuminat. Confortium angelorum merebitur, & regnū æternæ beatitudinis perpetuiter obtinebit. Ne quæso frater mi fabulosa arbriters dei pcepta, aut quasi à me edita, dū ex fonte saluatoris nostri sint emanata. Ne frangat animā tuam vlla aduersitas vel prosperitas mūdi, à præceptis & à mādatis dei, & à charitate quæ est in Christo Iesu domino nostro. Nā virtus est animæ tuæ, deū diligere, & odire illa que deus nō diligit, Virtus est animæ tuæ, patientiā sectari, & ab omni impatiētia declinare, Virtus est anime tuæ, castitatem tā corporis q̄ animæ custodire, Virtus est animæ tuæ, vanā huius mundi gloriam contēnere, & omnia caduca calcare, & pro illius amore qui te redemit, dum viuus in corpore, laborare, Virtus est animæ tuæ, humilitati studere & superbiā abominari: Virtus est anime tuæ, irā & furorē cohibere ac reprimere: Virtus est anime tuæ, ab omni stultitia declinare, & sapiētiā diuinā amplecti: Virtus est anime tuæ, omnē delectationē carnis subijcere & mentē tuā ad Christū erigere. Has ergo virtutes facile & perfacile potuisses obtinere, si seculariū curam & caducas ac terrenas res deuitare voluisses, & nihil amorī Christi præposuisses. O mi frater

Amor
proximi.
Caput
XXII.

L
Tobi. 4

De virtutibus
animæ. Ca.
XXIII.
M

De stabilitate
animæ.
Cap.
XXIII

O mi frater charissime ex tota mētē diligē deum, vt in omnib⁹ actibus tuis placeas illi. Qui em̄ cōiugio copulatur festinat placere vxori suæ: multo magis ania Christi sanguine redēpta, debet placere Christo sponso suo. Deus em̄ nō se vult verbis tantū diligere, sed cor de puro